

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

eius contra faciem filii pendens in cruce sub monte et rupe in qua
cruis fuit fixa. et veneracioni habetur a fidelibus. que locum etiam pluries
vidi. **I**psa etiam Christus in cruce pendens faciem vertit contra occidentem
ut volunt quidam. quod patet ex eo. quia vorago illa magna de qua dictum
est supra. que fuit ab occidente per fossata civitatis erat retro crucem.
et in ipso erat crux projecta et postmodum invenita. ut dictum est paulo ante.
Multa altaria sunt in ecclesia ista et decenter posita et ornata. **A**nte
ostium occidentale huius ecclesie foris. est locus ubi maria egipciaca
orans ante imaginem Beate virginis cum diuinitus remota fuisse vo-
lens intrare templum consolationem per responsum Beate virginis re-
cepit. Reliqua loca templi huius que per noctem hanc precedentibus fratri-
bus minoribus et demonstrantibus. processionaliter circuantes. denote
visitauimus sunt hec ut magis in specie explicentur.

In primis capella domini sepulcri de qua iam habitum est.
Deinde capella quedam in honore virginis gloriose marie consecrata
quam Gardianus et fratres sui ingressi. sacris se vestibus induerunt. et
iterum solemnam processionem cum letania inchoauerunt. quos nos sequebas-
mur euestigio. ad summum altare eiusdem capelle accedentes. **E**s enim
ibi locus ille ubi Christus primus omnium sue dilectissime post resurrectionem
apparuit matri.

Item in eadem capella est frustum quoddam suae pars columnae. ad quam
Christus ligatus fuit in domo pylati flagellatus. et est indul. ibi ple. et c.
Illiud quoddam eiusdem columnae frustum equalis magnitudinis est Roma
ad sanctam praxedem. **I**tem aliud simile frustum est lugduni in eccles-
ia maiori. **I**tem aliud est altare in dicta capella ad sinistram maioris
altaris. ubi longo tempore sancta crux stetit integra et tota postquam a
sancta Helena fuit inuenta. **E**sque ibi pars quedam eiusdem sancte crucis
reservata. Ibi est indul. septennis. **I**tem in medio illius capelle est la-
pis quidam rotundus ex marmore. et est ibi locus ubi dominica crux suppo-
rita cuiusdam mulieris defuncte per eius resuscitationem a ceteris fuit discreta. q
ibi etiam repente fuerunt. et est ibi indulgentia septennis.

Item ipsum egressi capellam. duos alios ex marmore reperimus lapis-
des albos et rotundos. in quorum altero est locus ubi Christus post suam resur-
rectionem apparuit marie magdalene in specie ortulanii. in altero vero
locus ubi ipsa stetit quando nomine suo vocata respondit Raboni et c.
Ibi iterum est indulgentia septennis.

Inde procedendo in templo. aliam quandam intrauimus capellam in rus
pe quadam edificata. unum habentem altare ducatur. ibi est locus ille. ubi
Christus mansit detenus donec crux sibi pararetur. Ibi iterum indulgen-
tia est septennis et c.

Inde prope alia est quedam capella unicum habens altare. ibi est locus
ille. ubi crucifixores Christi. diviserunt sibi vestimenta sua. sortem mittentes
super ea. **E**t est iterum septennis indulgentia.